Freiberg zu dem Altar der heil. Zwölfboten St. Peter und St. Paul in ULFKirche daselbst für 60 Schock schildechter[c]) *Groschen unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach ein Vierteljahr vorher erfolgter Kündigung* —. Gegebin — in dem nuwin Smedewerg — virczen hundert jar dornach in dem czwelften jare an sente Michahelis tage des heilgin erczengels.

165.

Bischof Rudolf von Meißen eignet Zinsen zu Freiberg und Zwickau dem Altar der heil. Barbara in der Pfarrkirche zu St. Peter. **Stolpen, 1412 Dec. 2 (1?).**

Hdschr.: Gleichzeitige Abschriften. Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 34 fol. 123ᵇ (A) und Stiftsarchiv Meißen Liber Rudolphi fol. 51 (B).

Rudolfus dei et apostolice sedis gracia episcopus Misnensis —. Sane quia nobis certi annui census et redditus infra scripti in pecuniis consistentes in locis et domibus infra scriptis, primo de domo Pauli Losmans[a]) in opido Friberg dabuntur[b]) tres floreni Hungaricales, dictus der lang Wolfgang[c]) duos florenos Hungaricales, Nicolaus Wolffgang[c]) unum florenum Hungaricalem, Hans Leuthart unum florenum Hungaricalem, dicta die Verberine[d]) unum florenum Hungaricalem, filii Petir Mudirs unum[e]) florenum in allodio foris opidum prefatum Friberg insuper et duos grossos[e]), Heinrich Hofman[f]) de uno ortu quatuor solidos grossorum Fribergensium, domus quondam dicti Kunig[g]) lanificis by den stegen an der nunnen closter decem et octo grossos, Paulus Wolfgang in Zcwickaw unum florenum Hungaricalem, — ad altare[h]) sancte Barbare virginis in ecclesia parrochiali ad[i]) sanctum Petrum opidi prefati de novo[k]) erectum et fundatum et consecratum et pro sustentacione altariste sive rectoris ejusdem pro tempore existentis assignati et appropriati, prout in registro seu libro opidi prefati[l]) per magistrum civium[m]), consules et juratos plenius contineri sumus informati, nobis sunt oblati cum supplicacione humillima et devota, quatinus dictos census et[n]) redditus annuos — acceptare bonis ecclesiasticis annumerare et insignire[o]), ipsum altare prefatum cum censibus et redditibus suis supra dictis in beneficium ecclesiasticum creare erigere et instaurare auctoritate nostra ordinaria graciosius dignaremur, nos igitur — fundacionem — et ordinacionem altaris prefati — confirmamus —. Collacio autem dicti altaris, cum plebano et ecclesie parrochiali competens factum est restaurum videlicet viginti grossi singulis annis ipsi plebano pro tempore ministrandi, presupposito tamen, si ipsum altare in censibus et redditibus meliorabitur, quod eciam restaurum superaccrescat[p]), ad illustres principes marchiones[q]) Misnenses et ad ipsorum heredes, quando et quociens vacare contigerit, perpetuis temporibus pertinebit. Prefatus autem altarista ista subibit onera, quod singulis septimanis ad

164. *c)* schog schil(dechter) *anscheinend auf einer Rasur.*

165. *a)* Losemans *B.* *b)* dantur *B.* *c)* Wulffgank *B.* *d)* Verberrynne *B.* *e)* unum — grossos *A.* in allodio foris civitatem I flor. Vngaricalem et II gr. *B.* *f)* Hoffeman *B.* *g)* Konig *B.* *h)* altare novum *B.* *i)* apud *B.* *k)* opidi prefati de novo *A.* in Friberg *B.* *l)* opidi prefati *A.* civitatis in Friberg *B.* *m)* consulum *B.* *n)* et *fehlt B.* *o)* insigniri *A.* *p)* superaccrescet *B.* *q)* marchiones *fehlt A.*